



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Praebenda Theologalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

loc. cit. dicit, hæctenus hoc observari in-
violabiter, idem Rebuff. loc. cit. in tit. de
reservatione generali & speciali, num. 29.
ubi dicit, esse non usu amissam in hoc
Episcoporum potestatem. Secundò,
pensio si excedat dimidiam fructuum,
non est nulla, sed annullari debet. Boer.
decis. 162. & citat Rom. cons. 368. Tertio,
an, & quando, & quantum pensionis de-
beat pensionarius solvere hæredibus illius,
cujus debebatur pensio? vide Covar. lib.
2. cap. 15. nu. 13. var. resol. Quarto, an, &
quando pensionarius teneatur ad deci-
mas? vide Hieron. Gigan. tract. de pensio-
ne, q. 19. & Vinc. de Fran. decis. 107. nu. 2.
Quinto, an pro pensione præterita possit
agi contra successorem? vide eund. dec. cit.
num. 14. cum sequent. Sexto, pensionarius
obligatur sub censuris, & pœnis eccle-
siasticis ad solvendam pensionem, & e-
lapso termino, statim incidit in eas, non
solvendo pensionem, Cassiod. decisione
2. de pœnis. & dec. 12. de rescript. Gom. 17a.
utriusque sign. fol. 91. & 90. Navar. cap.
27. num. 272. not. 12. & ca. 123. nu. 204.
Rebuff. loc. cit. in 3. par. sign. in clausula, &
cum absolutione, & hoc quando perso-
naliter consensit pensioni, secus si per
procuratorem.

PRÆBENDA THEOLOGICALIS.

SUMMARIUM.

- 1 Ubi constituenda sit.
- 2 Quorum sumptibus.
- 3 Ubi non potest, quid agendum sit.
- 4 An subsaceat constitutioni Capituli se-
cundæ, cum similibus, de præbend.
lib. 6.

5 Quis debeat eligi, tum quoad literari-
ram, tum quoad statum, seu conditio-
nem.

AD Primum, sac. Conc. Trid. sess. 5. c.
1. de refor. decernit per hæc verba.
Primum, ubi in Ecclesiis cathedralibus
reperitur præbendæ, si ve aliquid hu-
jusmodi pro lectoribus sac. Theolog.
possidentibus eas, imponatur onus, ut sa-
tisfaciant muneri suo, &c. Secundum de
cætero has præbendas non esse confe-
rendas nisi iis, qui per seipos id munus
explicare possint. Tertium, ubi non ad-
est præbenda, primò vacatura ad eum
talem ipso facto perpetuo constituta, &
deputata intelligatur, modò non habeat
onus in junctum incompertabile. Quar-
tum, quod si non adest præbenda, per
assignationem alicujus beneficii simpli-
cis ejusdem, supportatis tamen debitis
oneribus vel per contributionem bene-
ficiarum Civitatis, & Diœcesis, vel ut
commodius fieri poterit per Ordina-
rium de consensu Capituli providea-
tur, vide etiam D. Thom. 2. 2. q. 120.

Ad Secundum, si non adest aliquid
istorum prædictorum, sac. Congr. declar.
116. ita censuit: Ubi urget consuetudo,
quod detur a capitulo stipendium proprio
Theologo, ea servanda est, quod si illud etiam
poterit Theologum reddere diligentiorè in
sui muneris functione, triennium ejus con-
ductionis Ordinarius una cum capit. præ-
bendis debent, &c. ex quibus verbis, & Cõ-
cilio apparet, quòd onus hujusmodi im-
mineat Capitulo, & non Episcopo,
licet ab ipso debeat eligi, & confir-
mari.

Ad Tertium, sac. Con. ubi sup. §. Ec-
clesia verò, providit, quòd ubi adeò sunt
exigui

exigui & tenues proventus, saltem habeatur Magister eligendus ab Episcopo cum consilio capituli, qui scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, cui ex fructibus alienius beneficii simplicis, vel ex mense Capitulari, & Episcopali, vel meliori modo quo fieri poterit, provideatur.

Ad Quartum responderetur, prout in *ver. beneficium*, §. 5. dicto 8. quod non, sed semper sunt sub dispositione Ordinatorum.

Ad Quintum, vide Conc. Trid. loc. cit. §. de cetero. & Concilium Provin. Beneventanum, c. de præb. Theol. dicit, quod Regularis ad hoc munus possit assumi, donec de seculari poterit provideri. & Neapoli, & in duobus aliis Archiepiscopatibus vidi seculares Theologos fungi hoc munere, quo & ego in duobus, licet immeritò functus sum, & Host. in *Sum. tit. de offi. ord.* §. sunt autem quadam, in fin. ubi dicit, quod melius, & honestius est, ut Episcopi habeant concilium suorum, quam extraneorum, nisi ubi sui se indignos reddunt, quo casu Religiosi succedunt, & allegat multa pro practica.

PECUNIA.

Primò, pecuniæ appellatione veniunt omnia, quæ numero, pondere, & mensura consistere possunt, ut frumentum, vinum, oleum, atque hujus generis cætera, Tiraq. de *utroque retract.* §. 1. glos. 14. nu. 42. deservire possunt. Primò in crimine simoniæ, quæ etiam contrahitur ex munere, obsequio, & lingua, ut

patet *juribus vulgatis* l. 9. 1. Secundo, pro legato, sive aliis; an autem appellatione mobilium veniat pecunia, quaeritur, negativè respondet HERN. in ca. de *pac. neb. n. 39.*

Secundo, pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, vide Innoc. in *capit. quod quibusdam*, num. 4. de *fidejussor.* & vide *sup. in ver. alienatio*, §. 12. addito de novo. Covar. *lib. 2. cap. 17. nam. 3. var. resol.* quod animadvertere debent emptores, quando emunt bona Ecclesiæ, ne iterum postea cogantur solvere.

P O E N Æ.

Primò, quot sint pœnæ ecclesiasticæ, & spirituales, corporales, & temporales, vide Inno. in *cap. qualiter*, & *quando*, numer. 9. de *accusat.* Abb. in *capit. constitutus*, & *capit. suam*, per totum, de *pœnis*. Sylvest. in *ver. pœna*, §. 1.

Secundo, quando debeat pœna quæ apponit solet in contractibus, videtur eund. §. 25. *ver. septimum*. Nav. *capit. 23. numer. 67.* & *infra*, ubi dicit, quod licet de jure possit exigi, tamen de consuetudine non potest, nisi quatenus concurrat interesse, prout dixi in *verb. interesse*. Ratio est, quia non auditur agens sine interesse, l. si patroni, §. qui fideicommissariam ff. ad *Senatuscons. Trebel.* Tiraq. de *utroque retract.* titul. 1. §. 1. glos. 2. num. 51. ita etiam habetur ex *Afflic. decis. 235.* & sic dicit decilum fuisse in factis, quod confirmatur ex *Gram. decis. 58. nu. 7.* & ita consuevit condemnare sacrum Concil. Neapolitanum, & *deci. 2.*

Ccc 3

numero